

mo, aduersus contradictores defendet. Quod certamen literarium vbi peractum fuerit, ego pro munieris mihi clementissime demandati auctoritate, Candidato Clar. facultatem, siue, vt vulgaris consuetudo appellat, Licentiam dabo, summos honores, quos ordo noster distribuit, impetrandi, habita prius oratione, argumentum de *Encyclopaedia medica* persequente. Ut vero iste actus eo solennior et celebrior euadat, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILLVSTRISSIMOS, et VTRIVSQUE CIVITATIS PROCERES obseruantissime rogamus, vthonorificam praesentiam suam huic panegyri indulgeant, itemque GENEROSISSIMOS ac NOBILISSIMOS COMMILITONES etiam atque etiam oramus, vt sua frequentia eandem celebriorem reddant. Nos quidem recens illud fauoris documentum ita coleimus, vt omni studio et officio dignos eo nos ostendere conemur. P. P. Dominica Quasimodogeniti, anno M D C C L X X V I .

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

